



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

ut dei suscipiuntur, imò loco consiliorũ dei, ut non admireris nos excæcatos suscepisse doctrinas dæmoniorũ. 1. Timo. 4. Sed istis initijs oportuit infatuari à deo consiliũ Achitophel, & inaugurari regnum impietatis. Nec meliora uides in regno hodie pharisaico, ubi regnat Absalon eiecto Dauide, id est, Christo cum suo euangelio, & tamen iste Absalon gloriatur se filiũ regis, cui regnum iure debeat loco Davidis, quemadmodum hodie se solos iactitant Christianos & sedere in loco Christi, qui contra dominũ & Christum eius conspirauerũt, ut dicitur Psal. 2. Porrò dominus per istos impios nebulones compleuit uerbum suum quod locutus fuerat per Nathan &c.

## CAPVT XVII.



oc caput nihil aliud docet quàm consilium Achitophel domini uoluntate dissipatum, ut Dauid seruaretur & malis ueniret super Absolonem. Hic maxime uides illud, quod dicitur, Malum consilium consiliorum pessimum.

Vrfa.] Vrfa[m] seuire raptis catulis etiam illud in  
dicat Prouerb. 17. Expedit &c. *vrfa vrfa ut vrfa super vrfa:*  
Congregetur. Speciem exhibet quasi boni *vrfa vrfa*  
consilij, cum tamẽ nihil aliud agat quàm ne hac nocte  
lassus Dauid obruatur. *vrfa vrfa*

*Sicut ros.*] qui omnia circumquaq; humectat.

*Transgredere.*] scilicet Iordanē, ut infra uidēs.

*Rogel*] Nomen fontis erat extra Hierusalem.

*Non enim.*] Sic lege. Timebant enim uideri aut introire ciuitatem, scilicet Hierusalem, Idcirco scilicet foris stabant &c. **Vidit autem.**

Hæc erat tentatio non solum inimicorū sed & omnium bonorū uirorū qui miserant eos, rursum consolatio q̄ dominus data bona occasione sefillerit seruos Absalon.

*Transierunt.*] Heb. Transierunt aquulam hanc.

**Porro Achitopel.**

Prudens uir erat, cœpit reputare sic, Absalon non me audiit, & seruabitur Dauid contra quē ego egi, miserimus ero uirorū. Et ut maxime seruetur Absalon, qui ferre potero q̄ cōsiliū meū despicitur, quod hæcenus ut dei susceptū est, & æmulus meus præ me auditur? melius erit mihi uitam amittere, quàm uidere me contemptū, aut aliquo in sapiētia & prudentia inferiōre, uale uita, quando uideo alium mihi præferri. Sic perit ille sua prudentia quam uel finis stultitiam declarat. Quemadmodū autem perit Achitophel proditor Dauidis, ita & perit Iudas proditor Christi, uterq; sua quæsiuit cōtra Dauidis regnum, & laqueum inuenit, nec minus desperatione peribunt, ubi eorum insipientia declarata mundo fuerit, qui pharisaicis traditionibus suæ ambitioni & lucro consulentes contra Chri-

sti euangelium conspirauerunt, Dominus infatuabit consilia eorum &c. In castra.

Nomē Hebraicum relinquendū erat, In Machanaim, quæ est ciuitas, Iosue. 21. Alioqui sequētia nō intelliges.

Amasa autem erat.

Hoc interseritur ut uideas quid ueræ causæ habeat Ioab occidendi Amasam infra cap. 20. licet & alia quoq; sit, sed non adeo turpis, quā non potest suæ impietati prætere Ioab infra cap. 19.

Cumq; ut supra prouidentia dei erga Dauid proditione consiliorum Absalonis & dissipatione descripta est, ita & hic ciborum & necessariorū amministratione. Quis enim in talibus tentationibus subsisteret, nisi subinde suam pater erga nos prouidentiam uel obscurissime declararet? quid enim clare, licet clarissimum, uidere licet in obscuro tentationis?

## CAPVT XVIII.

**P** Erit Absalon cum multis hypocrisi eius deceptis ubi Dauidem quærit ad mortem, ut ipse regnet, & à crine pendet, ut ista pulchritudine & specie perijsse uideas quæ supra ad miraculum usq; descripta est, quæ quid erat nisi crines, id est uanitas? Ad hoc quoq; pertinet uanus titulus nō ab alijs, sed ab ipso sibi erectus, ut uanum nomen obtineat dum hæredes filios non ha-